

ves. (Corinth. lib. 5.) Milites ergo, murmurare, subsistere, & redium meditari ceperunt. Quid Alexander? Noluit recordes verbis sed factis castigare: Ergo equo descendit, glaciemque ascia perfringens viam sibi sterpit, quem ut amici & copiarum duces sic confpexerant, ar. reptis ascis exemplum Regis amulati sunt. Cogitat Rex Regum, & Dominus Dominantium nos introducere in regnum colorum: via quidem aspera & jejuniis ac mortificationibus obfita est, sed quid agendum? an regredendum? an animo descendendum? Avertat hoc Deus! Ipse Dei Filius Rex nolter primus exemplo prait: quippe in Evangelio proxime Dominica videbitis jejuniante, videbitis elanitem, videbitis cum tentore laetantem! oja! sequamur alacres ejus vestigia! &c. &c.

Dominica I. Quadragesima. CONCEPTUS LXXIX.

De peccatis capitalibus, speciebus de superbia, ejus inole, poenis & remediis.

Hec omnia tibi dabo, si caducas adoraveris me. Matth. 4.

Sacri Oratoris nos passus se impudere iustis, quia toti occupantur in peccatoribus, hinc iterum agendum est de peccatis & quidem capitalibus.

3. CUM filius prodigus decocta in alienis regionibus substantia inops & famelicus instar abjectissimi mendicabuli domum rediit, amatissimus Pater obviam progressus, illum osculis amplexatus, novis vestibus induit, lauto convivio reficit, & cum solemnitate tantis familiaritatis in pristinum amicitia & filiationis gradum recipit. Videns hoc junior, quis sub obedientia paterna victians morigeri filii partes semper ad amicum propleverat, contristatus ac conquis contra Patrem cepit: Ecce tot annis servio tibi, & nunquam dedisti mihi vitulum, ut cum amicis meis epularer. (Luc. 15.) An merito conqueles est omnino meritissimo: Pater enim, uti notat sanctus Augustinus, ap. Barz. ferm. 37. num. 19, illius querelas non redarguit, sed quod tacite justissimum illius dolorem approbans eum solatus est: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt! sed qua causa lubest, quod Pater morigerio filio non eadem amoris & benevolentia signa impenderit? nimirum causa est, quia totus quantus cum filio prodigo erat occupatus: iste paternam curam ac sollicitudinem adeo omnem exhaustit, ut patri vix temporis, aut amoris huiusquam superfluit, quod morigerio tribueret. Quod amatissimo huic genitori, idipsum etiam contingit facere: Predicatoribus! O quam libenter vellent illi cum iustis, & perfectionis Christianae studiosis hominibus de cathedra agere, illiusque sacra Asceticos principia de virtutis excellentia, de gradibus amoris Divini, de unione cum Deo, & aliisque id genus explicare; verum miseri peccatores, quorum aeterna salus quotidie magis,

magisque periclitatur, totam eorum industriam ac studium sibi solis vendicant, ita ut iustus nihil temporis aut laboris remaneant. Egitur aliquando tempore de remediis perfectionis, de obligatione hominis Christiani, & operibus meritoris, id est de iustitia Christiana puncto primo, quod est facere bonis; iam iterum ad al. terum punctum, quod est declinare a malo, id est, ad peccatores respicere, & de peccatis capitalibus agere cogimur. Ita fit! propter fractuosum Goliath debet generosus David a canaliculara abstinere, & lapidem ac fundam arripere! Propter perditum drachma debet mulier evangelica vertere alioque labores domesticos, sibi utiliores suspendere! Propter aberrantem oculum debet iocus gres praeterea amantissimi Pastoris carere! Sic anime iusta toto anni decursu de materiis ad profectum spirituales sibi profectus nihil audiunt, quia sacri Oratoris totis viribus ad auxilium periclitantium peccatorum abripuntur. Quid autem sunt peccata capitalia? sunt quasi summa capitalis, ex qua alia vitia eum quasi resultant, seu si maris, sunt featurio, radix, & nidus, ex quo alia quavis scelerata propullant. Quot funt eiusmodi peccata? sunt numero septem, quae per hanc vocem Salvia exprimuntur, videlicet superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, accidia. Eja! in nomine Domini ad rem!

De speciebus de superbia.

2. Proposio. Hodie de superbia, ejus inole, filibus, suppliciis ac remediis succindere tractabimus. (Speranz. script. sol. punct. 20.) Grande malum, quod solum, si caetera desint, ex hodierno Evangelio apparet esse peccatum prorsus diaboliu. Infernalis tentator sustulit Christum in pinnaculum templi & in montem excelsum! en! diabolus vult ad hominem extollere! Dein promissa Christo omnia mundi regna: en! diabolus vult videri dives cum sit pauperimus! Denique petit a Christo, ut cadens in terram ipsum adoraret: en! diabolus affectat Divinitatem, vult esse Deus cum sit infelicissimus Dei inimicus! Audite plura, & Favete!

De qua notandum, quid sit.

3. Confirmatio. Superbia ad mentem Divi Augustini lib. 4. de Civ. Dei c. 15. est perverse celebrandis appetitus, seu prout alii passim auctores cum S. Thoma loquuntur, est inordinatus amor propriae excellentiae. Peccatum hoc originem suam habet ex celo, & ex paradiso; e celo quidem, ubi reprobis Angelus propriae excellentiae amore tardius contra Deum se extulit, inquit: Stultus ero Altissimo. (Ista. 14.) Ex paradiso autem ubi protoparentes serpente suggestionibus demerenti sperarunt se per vitium trucidum esse similes Diis futuris: primum itaque in coelesti, primum in terrestri paradiso peccatum superbiae fuit, unde etiam quia primum Angelum, & primum hominem devicit, inter peccata capitalia

primum tenet: in homine quidem medelam reperit per poenitentiae antidotum: in Angelo autem inexpiabile est; quia ille superciliosam cervicem contra Deum hodieum erigit, ita ut si desperat gloriam uno humilitationis actu recuperare possit, obtinere nolle? ideo dicit Plalmista, (Ps. 73.) Superbiam eorum, qui se (O Deus) odere ascendit semper. Sancto Macrobio Anachoreta sanctissimo (De Vita 17. l. 3. no. 124.) quondam apparuit demon acuta falce armatus, quod cum perciret, & interficere moliebatur, sed irritato conatu, quia Deus famulum suum potenter protegit. Interim cum demon summitti fuz ac fractis viribus indignaretur, & horrendum fremere; quaevisit ex eo sanctus vir, quid est, quod exitillio odio me persequaris? quid mali tibi feci? Persequor & odi te, reposuit diabolus, quia potes, quod ego non possum. Et quid est illud? an vigilare & somnum frangere? Non! ego etiam nunquam dormio. An jejunare & corpus mortificare? Non! ego etiam nunquam comedo. An caele & continent vivere? Non! ego etiam a voluptatibus me contineo. An vanitates facili, opes, & honores aspernari? Non! ego etiam illa contemo, nec appeto. Quid ergo est, urgebat Macrobius, die ferrebat ringsus diabolus, non possum superbiam donare, non possum coram Deo humiliari; illocutus plenus confusione recessit. En mi Christiane, quis auctor, & primus superbiae incensor sit, n-mpo diabolus; hinc superbi plus quam alii peccatores imaginem Dei in anima suae xingunt, & demonis induunt.

Quas operationes producat.

4. Potro huc superbia, ait S. Gregorius l. 23. Mor. & S. Bonaventura, centiloq. fol. 27. quadruplex est, seu quod idem est, quadruplici operatione se prodit: Primo cum superbus aliquod bonum, quod habet, a se ipso se habere existimat. Palls erat Nabuchodonosor; cum enim in campo Dura auream sui ipsi statuam erexit, & eamque ab omnibus populis, ac tribubus adorari precepit, auidit, quod hanc mandato tres Hebraeorum pueri fecerit opponere: infremuit grandit iracundia, vocatit ad se pueris miatus est, quod illos in fornace in septuplum magis incensa vivos comburare velit, dein quasi regalem dignitatem, potentiam, divitias ac regnum ex seipso, atque Dei beneficio possidere ret, addit: Quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? (Dan. 3.) O utinam fastuosus Rex non permultos etiam & Christianis haberet amulos, qui suam conditionem, statum, scientiam, divitias & alia dona sibi ipsis adscribant: Ego hoc feci? ego meo labore ac industria hanc fortem, hoc officium, hoc conjugium, hanc pinguem messem mihi procuravi. Est insillitium. Mi Bone? beneficium Dei est, quod tuum esse iactitas! hic magno ac Omnipotens Dominus potest, si vult, hodie omnem felicitatem tuam evterere, & te in miserabilisorem, quam credas, statum redigere: expertus est hic ipse Nabucho-

donosor; quem Deus non solum scepro & throno, sed forma etiam humana privatum in bovem migrare, & integro septennio cum bestis foenam devorare coegit. Quia se super hominem extulit, ait de illo S. Gregorius, l. 5. Mor. c. 6. ipsum quem comminam eum hominibus scilicet haur, amisi.

5. Altera operatio superbiae est, cum homo Deo quidem aliquod bonum sibi datum agnoscat, sed illud meritis suis debium putat. Talis erat Abimelech filius Gedeonis, qui licet ex inhonesta femina, videlicet concubina fuerit prognatus, tamen mortuo Patre praefulgurata, quos habebat, fratris legitime genitis primatum affectavit; & populi corda opportune, importune, sollicitavit, ut se iudicem constituerent, quia immo postquam iudex proclamatus fuerat, ea dignitate non contentus, regalem, quam antea in Isaac nemo habuit, ambravit, & etiam obtinuit: Constituerunt regem Abimelech. (Jud. 10.) O ambitiose Rex; quot tui similes etiam inter Christianos invenio! quam multi tunc qui sua fortuna haudquaquam contenti semper majorem cum ditescit, vult esse mercator, mercator cum opes auget, optat censei inter nobiles, nobilis vult agere comitem, comes principum, princeps regem, non est finis ambitiosis. Propheta Oseas de principibus Juda pronunciat: Facti sunt - quasi assumunt terminum, (Osee 5.) ubi Sepraginta legunt, quasi transfraunt terminum. Quid vult dicere? Salvo sacrorum Interpretum iudicio puto, quod perstrigat superbus illos, qui cum ex humilii fortuna altius evecti sunt, nomen ac titulum suorum terminos transferunt, dilatant & exaltant. (Menoch. cent. 4. c. 93.) Augustus in infantia vocabatur Thurinus, Zeno vocabatur Ariomefus, Eudoxa vocabatur Athenas, Olympius vocabatur Mitalis, & sic quilibet supra natalium conditionem sublimis affarexit, ut Romanus terminos transfrauit, praetrium suum Graecos, apud quos Callimachi Pomponii, Laeli, Adii, Sinceri fuit facta & assumpta nomina, Hodiernum non minor est superbum stupiditas: qui vocatur nunc Beck, cras se scribit Pistorium, & perinde de Pistoribus; qui vocatur nunc Schneider, cras se scribit Sartorium & perinde de la Sartoria, qui vocatur nunc Bluem, cras se scribit de monte florum, & quafunt similia. Reticulum est, quod de Ferdinando II. legitur: venit quidam ad illum demisse supplicans, ut sibi nomen mutaret: Quomodo ergo vocaris, quarebit Imperator? Et ille respondit: Vocor Bitterkrantz. Subscripsit Caesar, dixitque: si non vis vocari Bitterkrantz, mea pace deinceps vocare Sauerkrantz.

6. Tertia operatio superbiae est, cum homo iactabunde gloriatur se habere, quod non habet. Talis erat Alexander Magnus; (Plurarch. 2. 3. de Alex. M. Et Curtius. l. 4. de rebus, p. Alex. M.) qui postquam amplissimas Asiae regiones armis subjugaverat, felicivictoriarum cursu elatus formidare ceperit, se plus aliquid supra hominem esse, quapropter etiam Jovis filius appellari voluit.



Hanc insanam ambitionem quamulti etiam adulationibus fovebant. Recte Olympias illius Mater confutasse dicitur, conquesta apud filium, quod hac ratione de adulterio suspecta redderetur: verum cum Matrem non audiret, infortunio fuam insaniam edoctus est; cum enim in bello gravi vulnere percussus defluentem sanguinem cum ingenti dolore cernebat, in hæc verba prorupit: *Vos me filium fortis dicitis, Deum & immortalis pronunciat: ac istud vulnus & crura me hominum mori obnoxium evadentes demonstrant.* Sic multi adhuc faciunt, ignobilem parentelam suam defebant, & de antiquissimo quadam profapia se oriundos esse jactant, cum tamen lixas & calones pro cognatis habeant: in omnibus discursibus annuntiant, ut artes, & scientias omnes devotissime videantur: de alienis regionibus nuda blaterant, cum tamen a domo paterna ne uno militari abierint: reverentiam ab omnibus prætentunt maximam, & ipsi alii exhibent exiguum: laudatores suos amant, veritatis studiosos averfantur, & facta aliena tanquam sua deprecantur, similes illi nugatori Joanni Anno, qui patriam suam Viterbium supra Romam laudaturus, lapidem incognitis caracteribus insculpsit in vineæ suæ defodit: cum lapis postea a vitinoribus inventus est, ille ad fenatam cum júbilo cœcurrit, gloriatusque est, & caracteribus lapidis desumi, quod Viterbium bis millenis annis ante Romam ab Iside & Ofride originem fulserit. (Menoch. cent. 9. cap. 63.)

7. Quarta superbia operatio est, cum superbus de seipso cæteris se omnibus prævalere arbitrat. Talis erat Pharisæus, qui factuosum periculo ad templi altare accedens, publicanum retro in angulo stantem despexit: Deus gratias tibi ago, quod non sim sicut cæteri hominum, & sicut hic publicanus. (Luc. 18.) Ejusmodi Pharisæi adhuc inveniuntur quod plurimi; nihil enim est prouius, quam quod homo superbia tumidus cæteros omnes, & æquales, & superiores contemnat, & se excellentiorem omnibus aſſimet. *Siquis superbie tyrannidem captivam mente susceperit*, ait S. Gregorius, 34. Mor. — *temperantiam opera aspiciat, semper miratur, qui ipse facit.* Lubet adſicere, quæ S. Dorotheus l. 7. doct. de Humil. hanc in rem commemorat: *Momini, inquit, aliquando vidisse me hujuscemodi hominem, qui in hanc miseriam inciderat: initio, siquis e fratribus locutus quippiam esset in laudem alterius, statim illum spernebat, dicens: Quis est ille? non alius præter Zosimum, & qui cum eo fuit. Postea cepit & Zosimum cum locis contemnere, ac dicere; & neminem alicuius pretii esse præter Macarium, & paulo post: Quis, æquabat, est Macarius? & nullam alius pretii æstimare, nisi Petrum & Paulum. Cui ego prædixi (verba sunt Dorothei) quod hoc quoque suo tempore fit contempnurus, id quod evenit; nam paulo post tenuit, nihil in pretio habendam præter Deum, immo successu tempo-*

ris etiam Deus ipsi viliores cepit. Quantum autem hic contemptus proximi Deo, & sanctissima ejus ordinatio adversetur, desumere aliquatenus licet ex eo, quod in libro Genesis enarratur. Postquam immanes diluvii aque, quæ totam terram submerferant, post centum quinquaginta dies reſederant, egressus est Noe cum sua familia ex arca, & Dominus Deus benedixit illis, dicens: *Replete terram, & terror & tremor sit supra cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli.* (Gen. 9.) ERt revere mirabilis dictio: an enim Noe solum constitutus fuit dominus supra animalia & volucres? Ita sonat textus, cur non etiam super homines? nonne a familia Noæ nascituri erant Principes & Reges? Ita est: cur non addidit ergo Deus, volo ut sitis etiam terror, & tremor populorum? Nimirum causam insinuat S. Gregorius, in hunc loc. dicens: *noctuisse Deum, ut homo super hominem esse eſſeret: Potius enim & ejus filii post egressum ex arca cogitavit: Nos digni sumus singulari Numinis Providentia frui, utpote præ omnibus mundi nationibus a catalymis aquis præſervati: cæteri homines, qui fuerunt & erunt, multis parasangis sunt nobis inferiores: hæc, inquam, cogitare possunt, adeo Deus illos tantum animalium & volucrum dominos constituit, non hominum. En, quantum superbia conjuncta cum despectu aliorum Divinae ordinationi contrarietur. Jam ulterius!*

*Quos hominum status præ cæteris inspicit.*

8. Quamquam superbia tanquam infelix a primis parentibus in nos derivata hereditas, malum adeo universale fit, ut etiam infima fortis hominibus, ipsique mendacibus contentibus adhareat; quique tamen lupi hominum status, quod de ea plus cæteris perſcitantur, videlicet nobilitatem, divitum, mulierum, litterarum, & pietatem sectantium. Nobilitas, seu potentes hujus sæculi, superbiam quasi sibi congenitam habent, ita ut cum Salsitio ap. Marchant. Tub sacerdot. lect. 8. dicere fas sit: *Superbia commune nobilitatis malum est.* Hi sunt; qui de primatu solent contendere, & exinde bella, seditiones, duella, & acutissimi publicos suscitant. Nempe quemadmodum terræ motus a vento intra terra viscera concluso ortum habet, dum volens erumpere evertit omnia quæ offendent, ita ambitio & superbia, licet non nisi venus & vanitas fit, in sublime erumpere volens omnia commovet & perturbat. Cur Alexander Magnus tot orbem armis infestat? cur Cæsar & Pompejus totam Romanorum Republicam evertunt? cur Saul Davidem per montes & desertâ persequitur? cur Aman gravissimum persecutionem contra Judæos concitat? cur Abalon contra parentem rebellat? Omnia ista a vento superbie in hominum cerebris concluso causata fuisse exploratum est: Alexander vult solus orbis Monarcha dominari; ideo tot urbes & regna crucentis præliis, & obsidionibus devastavit: Cæsar non vult

pati

pati superiorem, & Pompejus non patrem; ideo civili sanguine tota Roma stagnat. Saul non potest tolerare illud canticum (1. Reg. 18.) *Perussit Saul mille, & David decem milia;* ideo die ac nocte meditatur amuli necem. Aman die indignatur, quod a Mardocheo non flexis pedibus adoretur; ideo toti Judæorum genti excidium machinatur. Abalon vult corona & sceptro potiri, ideo viam ad solium patricio filii sternere decernit. Verbo: via bellum crucentum, regorum eversio, & humani sanguinis effusio in orbe continet, quæ non a potentum & nobilitum superbia originem sumpsit. Deinde superbia etiam divitibus propria esse videtur: sicut enim ciconia, aquila, & alia id genus aves in summis turrium & cedrorum apicibus nidificat, ut contra venatorum jacula se securas reddant; ita divites corradunt serenas opes, ut in excelsis ponant ædificium suum, siquæ vitæ se liberari de manu vult, prout loquitur Propheta. (Habac. 2.) Ideo Gentium Apostolus instrumentum in munere pastoralis suam Timotheum Archiepiscopum Ephesi, quæ nobile erat Asia emporium a multis divitibus mercatoribus & negotiatoribus habitatum, expressit illum communit. *Divitibus hujus sæculi præcipe non subiliba sapere* (1. Tim. 6.) & optime quidem, quia teste S. Anselmo, sicut vermis pono, divitiis superbia immoſetur. Ulterius superbia quasi mulierum dos & proprietates est; quamquam enim pulchritudo inter omnia Dei dona minimum sit, tamen formine in illa comparanda aut alenda omacstudium figunt; hinc per integras fere horas speciem suam in speculis explorant, vultum minio & cerussa pingunt, vestium nova genera & modos ad omnem vanitatem & luxum excogitant, atque nihil non faciunt, ut hominum oculos & admirationem attrahant. Propheta Isaias de mulieribus Hierosolymitanis, quæ ut se pretiose ornarent, viros fecerunt exactores, ac compulsores pauperum, ait (Isa. 3.) *Elevata sunt ipsa Siva, & ambulaverunt extento collo, & miribus oculorum ibant, & plaudabant.* O mi, Propheta! hæc exprobratio non tantum mulieres Hierosolymitanas, sed etiam nostras tangit: *Elevata sunt*, id est emigentiam corporis affectant, ut ab omnibus spectentur, hunc in finem subjuciant sibi cothurnos, velut olim in tragediis histiones, ut proceræ incedant, & quasi Deæ & Regine videantur. *Ambulant extento collo*, id est, insolenti & procaci incesu superbiſſime cervicem & collum, utinam satis decenter contentum, instat graum exporrigunt, *miribus oculorum ibant, & plaudant;* id est, faciem & oculos absque verecundia, in juvenes & amicos circumferunt, perſultant illi amudando, corridendo, & jocando. O si talia, præsertim in templis Deo sacris, cerneat Hieronymus, crederet illas meretrices, & prostituta; quia ut ait ap. Marchant. Tub sacerdot. lect. 8. *redus, jacit, natus, & illi sunt motuina virginitatis præcipia.* Iterum superbie vitium quam frequentissime invenitur apud litteratos & doctos: percur-

re urbes, scrutare academias, inspicere singulos litteratorum gradus, & veritissimum reperies estatum Bernardi, in cant. *Muli sunt, qui seculum vultus, ut sciunt ipsi, & suspicantur esse.* Quam deplorandum autem est, quod multificientia ad suam perniciem abutantur, quæ a peccatis emendari deberent: de his vere enunciat S. Bonaventura, ap. Marchant. loc. cit. *Arbor scientiæ multos privavit arbore vite:* nempe scientia lux esse sicut ergo per lucem oculi boni illuminantur, mali excæcantur; ita per scientiam humiles illustrantur, superbi depravantur. Denique de superbia vitio periclitantur etiam iusti, qui pietati ac spiritui deserviunt: neque id mirum; enim ambitio subtile malum & impudens bonorum operum infiditatis supremo Ecclesiæ principis in ipsa humilitatis schola a Christo eruditus aggressus est, adeo, ut facta se contentio, quis eorum videretur esse maior, (Luc. 22.) quid in etiam alios aggressi auſit, qui virtutis perfectione & bonorum operum merito ab Apostolis hand exigua distantia abſent: superbia infiditatem maxime operibus bonis, infiditatem exaltibus donis, ut illa reddat inaniam: tinea est perniciossissima, quæ non solum ex serico, sed etiam ex sacco exoritur, & utrumque corrodit. *Sepo quos vitia nulla delectant, ait in hanc rem Ambrosius, l. 4. in Luc. c. 4. quæ nulla parva movere luxuria, nulla avaritia subruere, facta ambitio criminosa.*

*Et quæ remedia tandem habent.*

9. Epilogus. Quod ergo habetur antidotum contra perinam malum? Habentur plurima, unum tibi hodie suggero: Antiquitas enim Romanorum Imperatores post insignem viciorum triumphali pompa in urbem inter festivos populacclamantis applausus excipiebantur, solebat aliqui tentorium pone curalem subſequi, qui aliquid venose iterato monebat Imperatorem: *Memento te esse hominem!* memento te esse hominem! Tertul. in Apol. c. 33.) Mi Christiane, hanc gomenatam efficac remedium contra superbiem singulariter tibi inculcatam volo; Tu cum superbo Lucifero exaltas te supra te ipsum, putas bonum quod habes, te habere ex te ipſo, aut saltem illud meritum tuum fuisse debitum: gloriaris jactabunde de dotibus, quas non possides, & proximum tanquam vilioſrem te despicias, ego autem dico tibi, memento te esse hominem! Homo es; ergo potes hodie adhuc a statu tue nobilitatis & potentia ad miserandam calamitatem infartunato casu delabi: Homo es; ergo potes hodie adhuc divitiis tuis per incanduum, per rapinam, per hostium irruptionem aut aliud accidens dependitis ad extremam pauperetatem redigi: Homo es; ergo potes hodie adhuc perſectum aut inſperatam inſtrumentum tua formositate privari: Homo es; ergo potes hodie adhuc extincta tua litteratura & prudentia per lucrum calum in amentiam & præſentia incidere: Homo es; ergo potes adhuc hodie Deo premitente,



tente, & tua sanctitate non obstante peccatum grave, & ipsam damnationem incidere. Quid ergo superbis? quodsi hac omnia desinat, dicit tibi in aurem Ecclesiasticus: *Sedes superbo, vnum deservit Deus.* (Eccles. 10.) Quomodo fit hac destructio? Nero optimates suos, quos insolentibus ambitione intumescere vidit, convivio adhibuit, & super utrosque inflatos, ad similitudinem sedulium conformatos confidere fecit. (Plas. in aphth.) Dum ergo convivæ, eo quod ab Imperatore tantopere honorarentur, sibi superbe complacerent, famuli ad mensam ministrantes Iulii Neronis utres illos acu perforarunt; & ecce! qui paulo ante in sublimi federant, utribus aere evacuatim sese humi prostratos cum Imperatoris & aliorum risu videntur. Sic Deus potest in momento destruere sedes superbiorum! opus est unica acus, aut ut conformis loquar, unica illius sagitta, quem mors manibus tener, punctio, sibi tunc nobilitas tua? ubi tunc divitiæ tuæ? ubi tunc formositas tua? ubi tunc iactantia tua? Considera hæc bene tecum ipse, & ego tibi in exemplo, ut ajunt, quadragesimali proxime demonstrabo, quomodo Deus superbis resistat, eosque humiliet &c.

Feria V. post Dominicam I. Quadragesimæ.

### CONCEPTUS LXXX.

Christus in Monte Oliveti coram Divino Patre hu-  
militatis docet superbiam.

Deposuit potentes de sede. Luc. 1.

Passio Christi medicina est contra omnia vitia, præ-  
sertim contra superbiam.

1. **Q**uod in urbe Atheniensi veterum Philosophorum quidam, nomine Antiphon, trabalibus literis tui pharmacopoli inscripsit. *Hæc omnium morborum genera curantur; id de superbia Christi Dominici Passione, cujus memoriam nobis tempus quadragesimale reficit, potiori iure, sed alio sensu intellectum volo.* Quid erat, immo quid est mundus quam grande agrorumque nosocomium? quid sunt omnis generis peccata, nisi lethales morbi, qui animam aternaliter perimunt? & quid sunt Christi patientes dolores, ac effusus pro nobis sanguis, nisi medicina præstantissima, quæ animæ sanitatem, id est Dei gratiam, remissionemque peccatorum tribuit? O peccatores hæc adeste, & ab infirmitatibus vestris convalescite! Vos superbi discite demetescere; dum Christus in monte Oliveti in forma non jam servi, sed peccatorum coram Divino Patre se humiliat! O avari discite mundana contemere, dum Christus pro futilli argenteorum pretio sacrilege venditur! O lascivi, discite spurcas voluptates averfari, dum Christus in columna denudatus crudelissimis flagellorum ictibus excarnificatur. O invidi, discite proximum diligere, dum Christus etiam

pro persecutoribus orat! O gulosi, discite Ingluvionem abdominis servitutem moderari, dum Christus sciens felle, & aceto potatur! O vindicativi, discite injurias remittere, dum Christus innocens velut agnus ad occisionem ductus mansuescit! O acediosi, discite legi Dei ad amissim obedire, dum Christus iuxta Divini Patris ad ultimum jota & apicem executus in cruce exclamat: *Consummatus est!* O peccatores omnes, Christi patientis dolores, & virtutum exempla in vestram animarum salutem convertite, memores Augustini de Redemptore dicentis, Tr. 12. in Joann. *Sanare venit agnum, ipse se intoruit, qui præcipia Maledici obsequere non vult.* Verum ut quid nimium dilator? Recollige mel non e mea est, ut de omnibus hodie peccatis promissæ discram, unam aliquid Christo sanguinem sudanti immolare vellem! Et quod illud? in horto Oliveti versatur, igitur in mentem mihi venit peccatum in horto paradysi commisitum: tibi vilissimi honoresque volvere similes esse Diis; idem Deus satisfaciens exinanivit fe usque ad formam hominis! O maledicta superbia, te hodie præ cæteris vitis impetio; tu omnium malorum secunda mater, tu inferni architecta, tu odii Divini execrabile oblectum es, dicente Propheta, (Amos 6.) *Invanus Dominus Deus in animo suo, desolator ego superbiam.* Et tamen quis est hominum, qui execrabili hoc veneno non targeat? quis est, qui dicta, facta, & mores aliorum non fugillet? quis est, qui suas opiniones præ alienis non adoret? quis est, qui suis consiliis non pertinaciter adharat? quis est, qui de suis laudibus non gaudeat, & de alieni tristetur? quis est, qui militibus beneficiis a Deo ditatus non plura sibi deberi autumet? quis est, qui suo gradu ac statu contentus vivat? quis est, qui in solitudine itinerum exercitio eadem solertia vacet, quam in oculis hominum? hæc sunt signa elatae mentis; nemo credit superbiam inveniri solum in aulis principum, invenitur etiam in mapalibus rusticorum: non tantum divites, literati, ac potentes fe supra fe eferunt, sed etiam pauperes, bardi, & ignobiles, eum fere in modum quo spica in agro, quanto magis lunc vacat, tanto altius caput extollunt.

Quantum autem malum sit superbia.

2. **Proposio.** Christiana anima, hoc vitium universale, a primis parentibus hereditaria labe contractum, si intuitu patientis, & misericordie Dei deponere non velimus, audiamus quam exquisitis supplicis iustitia Dei patientis illum persequatur. Hiitoriam quam allaturus sum fe exemplum, ut vocant quadragesimali describit S. Antonius, 2. part. Tr. 3. c. 2. & Raymundus, l. 1. Hist. Menochius cent. 9. c. 3. & alii auctores, etque celeberrimum illud de Imperatore Joviniano. Ohe! de Imperatore Joviniano? Jam dudum audivi! Quid tum? Multi aderunt, qui forte non audire, & tamen

non est ad concionem venire, ut nova audias, sed ut vetera vitia emendes. Pavet!

*Exemplificatur in Imperatore Joviniano, qui superbissimus, dum in fontem luteus, & vitæ & regno desinit, sed tandem humilitatis præcipia diligenter restituit suis.*

3. **Confirmatio.** Orbis Christianus vix feliciorum apertit diem illa, qua Julianus, cognomento Apostata crudelissimus Ecclesie persecutor, & Aperiis Orientis carax, quem Imperator e medio sublat, solium sequumque successori Joviniano reliquit. Misticimus hic Princeps pietate sua promeruit sceptrum, quia teste Baronio, militari dignitati renunciare, quam impiis Juliani præcepit, a quo ad idolorum cultum tum minis tum sollicitationibus invitabatur, obsecundare maluit. Verum esto quod promeruit: esto quoque alii gratulando applaudu beatum illum pronunciant, ego male merito exaltato Principi. Quæ de causa? quia, ut ait Augustinus, serm. 7. in Matth. *Multis honor occasio exiti fuit.* Fluvium intueamur; cum aquarum ex omni parte concurrentium affluu intumescit, extra ripam exerrat, & contiguis segetibus, ac campis stragem infert: Eundem in morem cum homo, præsertim et trivio elatus, honoribus famulorum obsequiis & divitiis auctur, haud facile intra modestos limites sese continet, sed cum damno ac scandalo aliorum sui imposit exorbitat. Talis erat Jovinianus, melior antea miles, quam nunc Imperator; fortunæ favor, dignitatis splendor, divitiarum affluxus, & relate frequenter de hostibus victoria erant meri folles, quibus adeo inflabatur, ut sibi ipsi de aliquali Divinitate, aut saltem de nescio qua supra conditionem humanam excellentia suspensus feret, illud peripse secum cogitans: *Non sum sicut cævi hominum, (Luc. 18.) non sum mortalis, non sum egestatis, morbis, aliisque casibus obnoxius.*

4. Aliquando vespertino tempore in Ecclesia commoratus audire e Musæo Cantico illa verba decantari: *Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* (Luc. 1.) Indignatus dicebat secum ipso, quis? Quis est ille, qui me totius orientis imperatorem, hostium terrorem, immensarum opum possessorem, adoratumque a populis fortunæ filium de gloriæ meæ sede deponat? abit tantas Deo esse vires! Hæc cogitans vocabat unum palentiam facerdotum, eique austere præcepit ut verba illa tanquam falla ac aeterno silentio digna quantocumque deleter. Heu! fastum intolerabilem! Quid Deus ad ista? an non novum suscitavit Davidem, qui tument Goliath cerebrum lapidis factu frangeret? an non illum e vestigio ferocenti morbo contabescere permisit, velut Antiochum? an non illum exuta hominis forma in mugientem bovem commigrare iussit, velut Nabuchodonosorem? Nihil horum! Deus superbus non semper lunas, sed interdum jocum facit, nec statim ad infernum, sed ad palmarem cortem tum amnat. Percipite quomodo, & quæ ratione.

5. **Actus erat, & amena tempestas, idco Jovinianus castitiam diem venationi dare decrevit.** quod placuit Imperatori, placuit aule! vix aurota illuxerat, dato signaculo omnes in vicinia memora erumpunt, ea alacritate, qua nullus eorum, quod ad Ecclesiam pergeundum esset, ad res Divinas festinaret: ita nimirum, quod voluptati traditur, opinio leve & exitum: Quod Dei amore fieri deberet, arduum & intolerabile censetur! O si hominum non nemo labores, pericula, & molestias, quas Veneti, gula, vindictæ, aliique sceleribus consecrat, salutis studio in fe sulciperet, nã ille forsitan sanctorum Martyrum catalogo inscribi posset! Sed nolo jam turbare gaudia, quid sit in memore? ibi venantium clamore, & canum latratu, & cornuum sonitu animarum sylvarum recessus, excutitur avia & invia, feræ & suis latibus expelluntur, tum strages fit, sternuntur cervi, urfi & apri, & que minoris etiam generis feræ, uti lepores, caprelli, vulpes, aliaque sagittis conficiuntur: deliciofum ocalorum & ainorum spectaculum! vifus est ipse sol de calo spectatorem agere, quia ferociores solito radios spargebant. Verum hoc ipsum erat venantibus molestum, æsuabant caloribus, madabant sudore, ipse Imperator siti & languore correptus umbras & refrigeria anhelabat. Igitur in densissimi æmoris abdita fe recipit, ubi forte limpidissimum fontem invenit. Vifus est sibi recitationis causa a crystallinis fluentis ad balneum invitari: jubet recedere aulam, & ad datum ulque signaculum in vicinia præstolari: recedant socii, & Imperator abjectis vestibus, quas in concava quercu reponit, amantissimo balneo corpus refrigerat.

6. O mi Joviniane, quam longe melius e res tua foret lavare animam lacrymis, quem corpus aquis! Nescio enim quid gessit vaticini Propheta Job tibi inculcare videtur: *Deposce magnitudinem tuam ulque stridulationem.* (Job. 35.) Id est, propt Angelicus Doctor hæc verba explicat, in Job (hic) antequam tribulatio tibia Deo immitteretur, ad tuam humiliationem: nihil familiaritas est D. o, quam ut ejusmodi lcaris sublimie voluptantibus alas præciadat. Verum quid inæquam verbe perdo? non intelligit Jovinianus salubria monita, & hæc ipsa est maxima superbia infelicitas, quod conjuncta sit cum animi acieitate: alterius generis peccatores agnoscunt fe esse tales, avarus scit fe sanguifugum, & iniquarum cum corralorem esse: luxuriosus scit fe propudiosum esse atque in manifeste damnationis periculo versari: gulosus scit, fe esse abdominis cultorem & bonorum deceptorum, & idco ejusmodi peccatores ex hæc ipsa cognitione sape ad frugem reduuntur. Sed superbia subtile malum agnosce renuit, eum fere in modum, quo tumor hydropticus initio adere naturalis putatur; idco nemo nos hominum quidequam fert ægrius, quam cum superbus dicitur. Præterea superbia præ aliis vitis qualitates habet profus singulares!



Alia vitia interdum quiescunt, nec semper in homine apparent: gulosus non quotidie se inebriat, libido incedum vel ex fragilitate, vel ex vitii radio tepescit, ira sine adversario non exardescit: at superbia in mensa, in foro, in templo, domi, forisq; in omni loco arrogantia lux indicia praesert. Alia vitia non nisi a vitibus generantur, otium invitat ad gulum, gula ad luxuriam, luxuria ad prodigalitatem, prodigalitas ad furta, furtum ad rapinas, & sic pergendo, quae omnia fe invicem generant & generantur, virtutes autem extinguntur; at superbia ex ipsis etiam virtutibus nascitur, & ex Dei beneficiis incrementum capit: quo magis Deus superbo benefacit, eo magis iste extollitur, eum fere in modum, quo ignis sulphureus affusa, quae ceteris ignes relinquantur, aqua magis accenditur. Alia vitia singula cum singulis virtutibus pugnant; avaritia repugnat liberalitati, lascivia castitati, gula sobrietati, & sic ulterius: at superbia omnes virtutes resistit, mercede spoliat, & Deo exofas reddit, cuius rei figuram habemus in libris Machabeorum: Eleazarus praecelsum edidisset facinus occidendo elephantem, nisi illato imperite vulnerē ab eodem collabente fuisset obruitus, (1. Mach. 6.) quoties peccato resistimus, aut virtutem operamur, quasi elephantem occidimus, videlicet vel mundam, vel carnem, vel diabolum, sed si exinde inane captamus gloriam, ab eodem bono opere ipsimet occidimur. Hinc mirum plane non est, quod Deus superbiam plus ceteris vitis odio habeat, ita ut constans sit aeternarum doctrina, Deum saepe permittere hominem in alia peccata labi, eum solum in finem, ut superbiam deponere, & humiliari discat.

7. Interea, ecco: Imperator sat balneaverit! Ita est, ascendit ex undis, accedit ad cavernam, ubi vestimenta reposuerat. Ecce: quid hoc rei? loco suam vestim inventi rusticus, obsoleto, mucidus, & mendicabulo, quam Imperator digniores. Obstupescit primo deus famulos vocat, sed alium in tota sylva silentium! ergo vocem duplicat, & dum responsum non recipit nisi responsum ludentis Echo, in rabiem actus jam pravia sententia impotorem, qui sibi illudere ausus esset, ad rotas & rogos eodem. Exhorruere aviculæ, sed non redierunt famuli. Quid tandem captaret consilii? vana est sine viribus ira! nollet vellet, attritis centonibus nuditatem suam contingere debebat. O bellum Imperatorem, quam bene hoc operimentum quadat superbia! Jovinianum jam velud Adam intueor, cui Deus e pellibus haredorum perizonia confecit, ut qui similis voluit esse Deo, vis non brutum in poemam referret. Ita vestitus Monarcha e sylva emergit, exploraturus, an nulla procerum, & famulorum vestigia deprehendat. Evanescunt omnes? tum invero in forem, & denique in lacrymas effundit, atque (quid agere aliud poterat?) consilium captare cepit, eundi in proximum castrum, quod hanc procul in edito colle conspicie-

bat. Id ubi attingit, Nobilis fe Jovinianum esse, & totius metamorphosis seriem enarrat. Substitit initio Nobilis, deinde ira exandescens impotenti, quem sub vili lacinia delitescere suspicabat, aultere praecipit, ut quocumq; via te abiret, nisi baculo egregie decolori mallet. Bene Deus! adoro tuam Providentiam, qua per mirabilem lusum homini exprobras, quod ex se profusus nihil sit, & quidquid est, tua Bonitate ac gratia sit. Bene fit! confundantur superbi!

8. Quid modo degradatus ex rex? at! tergum vertit, & in calum, cujus in prosperitate raro recordabatur, lacrymas & suspiria emittens perpendere incipiebat, quam haecenus emittiebat. rerum humanarum mutabilitatem: cheul cogitabat secum ipso, quanta tragedia! ante paucas horas eram orientis Imperator, nunc mendicabulum, antea a subditorum millibus, & amans exercitibus adoratus, nunc a servis sabalaris despectus, & rejectus, antea auro & gemmis fulgidus, nunc indur mancipii fordidus! ubi sunt modo, quos sub tribus numeravit? quos opipara mensa pari? quos ad dignitates promovi? veniant, & Domino suo in necessitate succurrant? Hæc mente volvens sensum appropinquat urbi, & in urbe suo palatio, de regali purpura nihil aliud praesens, quam verendum in vultu, optaqueque & metuens agnosci. Ubi porta palatii appropinquabat, ab excubitore milite sistere iussus, interrogatque est, quis & unde esset? Mirabatur Jovinianus, fe militibus suis esse incognitum, nihilominus libertate, ac jure, quod ipsi competebat, usus reposuit, se esse Imperatorem. Indicibile est, quis ritus, quæ ludibria subsecuta sint. Jovinianus vultu ad austeritatem composito subinse, lusum satis esse, atrocissimo mortis supplicio fe vindicaturum, siquis porro obstitere sibi aude- ret; ita locutus portam ingredi parabat, restitit, excubitor, ille urgebat, iste repugnabat. Interea ror & tumultus in tota castris crevit, accurrere omnes, & explodere hominis deliramenta, quidam arbitrabantur esse insaniam, quidam iudicabant esse carcerem dignum, quidam denique studebant, ad majorem libalium esse Imperatori presentandum. Quid? Imperatori? An ergo Imperator erat domi? Erat! Jovinianus in throno? Omnino! quis ille? Jovinianus. Non capio! Etiam non capio Jovinianus, cum enim ligatus catenis, in intimum conclave adducitur, videt, obstupescit, & bene extra fe rapitur; quid ergo videt? videt hominem vultu, voce, & moribus sibi simillimum in folio, jurasset fe videre seipsum, nisi tritix experientia de contrario convinceretur. Ergo fat Jovinianus coram Joviniano? Omnino! idem est iudex & reus? ita est, quilibet alteri exprobrat, esse deceptorem? revera! Mirabilis rerum consorsio. Nunquam observatis, cum vesper sol versus lacum occidit, duo cenantur micare soles, unus supra, alter infra hemisphaerium, unus in caelo, alter in aqua: an sunt repleti duo? nihil minus, unus verus, alter repræsen-

gatus

tatus est: ita res fe habet in nostro spectaculo, sed quis tandem finis?

9. Imperator in solio residens pravaluit, & Imperatorem infra solium flantem laze Majestatis, ac mortis reum pronuntiavit. O sententiam terribilem! Quam libenter vellet Jovinianus appellare ad solium, quod paulo occupaverat, ad specula, in quibus vultum milies extirplaverat, ad fellas & perisfrotata, quæ magnis sumptibus comparaverat: verum multos habes velles non poterat reddere loquaces. Ergo ad aulicos, omnes sibi notissimos faciem convertit, cogitans, & dicens, quod olim Actæon: Domini unum cognoscite vestrum. Frustra omnia, urgeat sententia executio. Ergo in genua proci-dens rogat saltem inter famulos stabularios numerari. Frustra! rogat saltem vitam, promittitque fe regi & coronæ nullum amplius rivalium futurum. Auditur: esque conditione ex aula & urbe in æternum migrare exilium jubetur. Ecce! humiliatum superbiis, qui prius imperia dabat, jam preces supplex fundit, qui prius aliorum capita calcabat, jam ad pedes famulorum prosternitur, qui prius capere aut non poterat, aut non voluit, jam sua experientia convincitur, quod penes Deum sit, deponere potentes de sede & exaltare humiles. Vexatio dat intellectum.

10. Infelix Jovinianus ita repudium a suis passus, valedicit regno, valedicit palatio, valedicit urbi, & quoniam vesper in noctem inclinabat, in proximum nemus ad famose sanctitatis Eremicolam ibi habitantem contendit. Ita fit, in extrema calamitate recurrit ad Dei famulos, qui in prosperitate nauci habentur. Pientissimus Vir, eorum omnium, quæ contigerant, optime gnarus, humanitate, quæ poterat, maxima, excipit exulem, illum in solatium famis herbas & legumina una cum frigida apponit, & sic affatur: Non me latet, Augustissime, quis qualisque sibi vili hoc habita delitescat. Exhor-tatur Imperatorem, & responsum parabat, sed inter duos latrones in cruce emociens: qui hic viliter de seipso sentire non dicit, quam aliam humilitatis scholam, quem alium Magistrum inveniet? &c.

Dominica II. Quadragesimæ.

CONCEPTUS LXXXI.

De peccato avaritiae, ejus indole, panis acervosis. Duxit illos in montem excelsum scorum & transfiguratus est ante eos. Martii. 17.

Christus clarificatus avocet animos nostros, ab inordinato rerum terrenarum affectu, id est, ab avaritia, quæ est vitium sine universale.

1. CUM populus Israeliticus e captivitate Egyptica feliciter elapsus paulo post iteris difficultatibus ac fessio adeo atheretur, ut terra promissionis insuper habita in Ægyptum regressi cogitaret, Patriarcha Moyses præsmit in terram illam exploratores, qui inde reverentes

ficus,







cerdes, jam non esse tempus sic nagandi, in- vocaret misericordiam Dei, & poenitentiam age- ret, exclamavit: Non possum! non possum! & sic infelix abijt. En mi Christiane, quam nimis & sic infelix abijt. En mi Christiane, quam nimis verum fit, avor in medijs divitijs egere; ideo enunciat, & confirmat antiquum dictum Hiero- nymus, epist. 103. *Avaro tam deest quod habet, quam quod non habet*, Pergo ad alia.

Vitium insatiabile.

6. Avaritia non tantum imprudens, sed & vitium est insatiabile, id quod sapientissimus Salomon nota illa comparatione exprimit: *Insuperbis est perditio nunquam implentur desideria eius, non sicut in humilis* (Prov. 27.) Quid vult dicere? sicut in- fernus & mors, licet quotidie innumerabilem hominum multitudinem devorent, & abripiant, tamen adeo nunquam satiantur, ut in plures ac plures dævum pergant: ita avarus, etsi quotidie magis ditescat, ac milliones colligat, nunquam cessive milliones ac milliones colligat, nunquam tamen dicit: jam satis habeo; jam volo superflua in egenos erogare; *Quo plus habueris, plus sinit*, ait Ambrosius 1. de Naboth. c. 6. Prole- quor catenam malorum.

Vitium incorrigibile.

7. Avaritia non tantum insatiabile, sed & incorrigibile vitium est. Probo ex Scriptura! Quando Magnanimus Bellidus Josue urbem Jerichuntiam erat expugnaturus, voluit illam Deus tanquam primitias terreas sibi incendio consecrari, & ideo severissime aditit eam: minis precepit Josue populo, ut nemo quid- quam de spolio urbis attingere presumeret, praec- ceptum erat rigorosissimum, & tamen militum quidam nomine Achan tulit aliquid de anathema- te. (Josue 7.) Jam oculos reflectamus ad ur- bet Gabaon! cum audisset Josue, hanc urbem consecraverat a quinque inimicis regibus obdi- derit, sine mora in eius auxilium festinavit, & irruens in castra hostilia obidentes internecio- ne delevit. Grandis erat victoria, cui nihil defecere videbatur, quam ad occalum vergens dies: itaque Josue, ne quis hostium in tenebris gladii sui iram effugeret, oculos in caelum le- vans precepit aliorum principi: *Sol contra Ga- baon ne movearis, & luna contra vallem Aialon: (Josue 10.)* Ecce prodigium! mox in medio suo cursu steterunt sol & luna, donec Josue- uctionem suam contra hostes absolvisset. Deus meus! ergo paruerunt illi sol & luna, & ku- rax Achan non paruit? potuit Josue solis equos uno imperio frenare, & non potuit iustissimis ac severissimis minis comprimere milites ava- ritarum? an plus valuit ejus auctoritas contra aliorum rapiditatem, quam contra avari rapa- citatem? Ita revera est! hinc admirabundus, & indignabundus exclamat Ambrosius, lib. 2. offic. c. 26. *Ad vocem eius stetit sol, avaritia non stetit: solo hanc confecti victoriam, avaritia prece- dente pene amisit victoriam*. En quam pertinax malum sit avaritia! facillius est prodigia ope-

rari, quam avarum corrigere! Ideo etiam in vita Christi legitur, quod Magdalenam con- verteret, quod Petrum in idolem ad Poenitentiam vocavit, quod incredulitatem Thomæ correxit, quod Judaeorum apparitores in monte olivei unica voce egit, quod Petrum, retrosum fraverit, quod tandem caecos illuminavit, claudos exeret, paralyticos sanavit, mortuos resuscitavit; & tamen Judam proditorem nec beneficiis nec mi- nis flectere poterit: vocavit illum amicum, lavit illi pedes, pavit illum sua carne & san- guine, comminatus est illi gehennam, edixit in faciem, melius fore, si natus non fuisset; & ta- men obstinatissimus homo perstitit in linguario proditoris consilio: quare? quia avarus erat, imo avarorum omnium sigillatim & primum. Ani- malia quantumvis ferocia, ut leones & tygri- des, quando venatorum insidias, & arma con- scientia conspiciunt, praedam mox e unguibus dimitunt, & fuga salutis suae consulunt. Ergo etiam avarus, cum mortis jaculum janiam jugu- lo imminens adverteit, saltem tunc inique para- lo dimittere, & restitutionis remedia salutem suam dimittere, & restitutionis remedia salutem suam in tuto collocare debere: verum hac ex parte lenonibus & tygridibus brutior est. Refertur de divite in extremis ludante, (Specul. Exempl. V. avarus, ex. 8.) qui divitijs ingentes non sine iniquitate corralerat, aut animam salutem quaereret, in suspiria & gemitus exuperit. Quasius cui rei ingemisceret, re- posuit inexpectata verba: o quantum laboravi, ut thesaurizem, & alii gaudebant de thesauris meis? o divitia, o pecunia mea, quis vos posside- bit? sic lamentans, sic ejulans, & nihil aliud con- siliorum admittens intelicissime expiravit. Ea! avarus neque in morte corrigere potest inordi- natum affectum! deseruit a divitijs, & ipse non vult deserere divitijs! hinc S. Basilus ser. 3. de divit. avaro, gravissimè in id genus homines invectus ait: Mi avarè, non invidèo tibi tam felicitatem & delicias! *Quamquam omnia possides, ut tamen necessario careas?* Quo illo? an auro, argento, gemis, vestibus, palatinis, fervis, equis, canibus, vino, frumento? Hi omnia ubi fruitur, sed uno ad salutem necessario caret, *potestas videlicet seipsum mutandi, & affectu men- ga terrena exuendi*. Actum est de hoc?

Et dicitur Deo adominabile.

8. Denique avaritia est vitium non tantum incorrigibile, sed Deo per mille alijs abomi- nabile. In Levitico Deus legem sanxit, ut in- ter alias volucres, quae pro immundis reputantur, etiam aquila recenseret, & ad sacrificium admitti non debeat. (Levit. 11.) Sed quare aquila? non- ne est avium regina? nonne altissimè volatu ce- tras superat? nonne iretortis oculis solare lumen aspicit? Nimirum rapax est, & avarus significat, qui quamvis alijs etiam virtutibus splendean- t, tamen propter avaritiae iniquitatem repudiandus, prout in decursu hujus materiae saepius, & lu- culentius patebit.

9. Epilogus. Interim quaeris, an & quan- do

Christus pro pecunia sacrilege vendidit animam avaritiam.

Radix omnium malorum est cupiditas, quam qui- dam appetentes erroraverunt a fide. 1. Tim. 6.

Christus ex avaritia in mortem vendidit; grande igitur malum est avaritia.

ERgone nihil citius evanescit, quam be- neficiorum memoria? necdum hora abijt, ex quo incarnatus Dei Filius Apostolis suis fordidos pedes sanctissimis suis manibus lavit: necdum dimidia hora transijt, qui ex illis in ultima coena sacrosanctum suum corpus & san- guinem in cibum & potum apposuit; necdum fere quadrans effluxit, qui iidem dignitatem Angelis sublimiorem, videlicet sacerdotium con- tulit: & tamen unus ex illis, cuius celebra- tum cor dudum diabolo occupaverat, abiit! quo: ad Synagogæ ministris invidiis tabescentis, quid ibi agit? Jesum mundi Redemptorem ac suumque Magistrum pro pecunia venalem expo- nit: *Quid visis mihi dare, & ego vobis emtran- dam?* (Matth. 26.) Deum immortalem! an ure- re se possent, mendicatio vivunt, aut pias su- peras devorantes, alios indigentiores excludunt. Rursus avaritia ad lethale peccatum excrevit, cum erga egenos & miseros nimium est tenax & immisericors, cum fere in modum, quo di- ves epulo indutus bysso & purpura quotidie splen- didè epulabatur, & inopem Lazarum ante adium fores fame contabescere sinebat. Uterius avari- tia ad lethale peccatum excrevit, cum homo bonis terrenis adeo cordialiter est agglutinat, ut contra creationis suae finem aeternaliter in hoc mundo-degere, & caelo libenter renunciare desideraret, dicens cum impijs: *Calum calli Do- mino, terram avarum dedit filijs hominum.* (Ps. 113.) Denique avaritia ad lethale peccatum excre- vit, cum avarus ad injustum lucrum capessit, dum non exhorretis iuramenta; perjuria, & alias peccaminosas artes adsumere, prout in Hi- storia Quadragesimali proxima die Jovis fufius explicabo. Quamquam autem tibi persuadeas, mi Christiane, avaritiam tuam necdum ad tan- dem militiam assurrexissè, ah! nihilominus sage damnabile vitium, quia aliorum criminum secunda mater, fons & scaturigo est, seu, prout loquitur Bion, ap. Strob. serm. 10. *Avaritia est omnis improbitatis interposita*. Denique ut suum loquendi faciam, sicut initium duxi, conjice oculos in montem Thabor, & bene perpende, an opere pretium sit, ut pro bono temporali, quod paulo post pro mortem amittere debes, tante gloriae & aeternæ salutis renuncies? Per- pende id bene! &c. &c.

Proposio. Non loquor per aures! Hi- to-



storiam, quam allaturus sum, in testem voco! Describitur illa a Valerio Veneto, l. 1. c. 7. ex 2. a P. Paulo Segneri, Hom. Christi. p. 7. dist. 10. n. 15. & aliis passim auctoribus, eamque meo iudicio habet vin. & enervam, ut cuilibet hominum eorum honorem, quæ injustis titulis praeferuntur, sacram naufragam ingenerare possit, ac valeat. Favete.

*Exemplo sunt duo coniuges, qui acceptum pecuniam depositum etiam perjurio negant, sed data misericordia praevertunt.*

3. *Confirmatio.* In Insula Corsica oppidum est, cui a S. Bonifacio nomen, ubi quondam duo coniuges virtutibus quam fortunis ditiores habitabant, incendentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela: erat illis unica, quam pio conjugio susceperant, filia, pro sua sorte satis felix, nisi praematura morte genitorem amisset. Pater ergo praevidens obitus suum diem, quoniam non erat ex eorum numero, qui liberorum minore, quam brutorum curam habent, id est, qui, quamvis dote, opificio, & omni honesta sustentatione adimulco carere, ad conjugia tamen caesa libidine convolvant, liberosque procreant miserissimos, utique qui a parentibus derelicti, & rerum omnium inopia afflicti, in otio & mendicitate circumvagantur, in literis formandis aut legendis, in fidei principis, & rebus ad salutem pertinentibus non instruantur, & sic instar brutorum adolescentum, ad quævis scelera prorumpunt, ac denique in castes diaboli, aut si fors melius fuerit, in manus carnicum incidunt. Ex horum parentum numero, inquam, non erat mortuarius Pater; hinc inter ultimas ordinationes curæ habuit, ut filiola bene confulere, eique sexcentos circiter florenos, si ad annos nobiles pertingerit, pro dote legavit. Emortuo marito vidua, quam sollicita pro filia, tam anxie erat pro pecuniis, metuens, ne domus sua a furibus & raptoribus infidias pateretur, consilium ergo capto pecunias aliena custodia consignandas: pergit ad vicinum, virum in paucis, ut putabat, fidelem & sincerum, cui tradens pecunias simul rogabat, ut illas usque ad puberes filias annos securæ asservare dignaretur. Quid nisi agebat istæ, curatio illas ut meas! si hodie vel cras esse respicere alibiuerit, in promptu erunt tuæ. Atque ista tanto cum humanitatis sensu exprimebat, ut non possum non gratulari viduæ, quod cum Tobia novum invenisset Gabelum. Utinam! utinam!

4. Gabelus in Rages civitate Medorum Vir non minus opulentus, quam iustitie tepax a seniore Tobia, quando captivitate Assyriorum in Ninive detinebatur, decem argenti talenta mutuo acceperat. Lapsa temporis, cum Tobia filium suum repetendæ pecuniae causa miserat, omnem summam fideliter restituit. Quid? sine tergiversatione? sine exceptione? sine novo dilationis termino? sine verbis asperis & impetentis? sine ite & judicialibus expon-

sis? sine fraude & diminutione? ita, sine his omnibus! Res rara & insolita praesertim nostro tempore! contrahuntur debita, que parturæ esse sunt privilegata: sitis proximo in necessitate succurrit, pro praestito beneficio non nisi modestas & impollatas recipit: pereunt capitale & census; consequuntur quidem nonnunquam inopes de defectu caritatis: ego, inquit, nonne omni jam tot & tot diebus otiosum circumbaro, & ex omnibus vicinis acamicis nec obolum mutui extorqueo. Mi Bone! hunc caritatis defectum tecum deploro, sed minus admiror! fidelitas, & caritas sunt duæ sorores; cum ergo apud inopem deficiat fidelitas, etiam apud divites deficit caritas! ex centenis mutuarius nonaginta novem sunt deceptores: edunt, bibunt, ludunt, deliciosos dies sibi ex alieno procurant, & in finium vident, si nimis creduli creditores pro se in pauperatorem redigantur. Quid tandem incidere in mutuarios est aliud, quam incidere in fides, ea solum differentia, quod hi patibulo puniuntur, illi detracto pileo honorentur! Sed redeo ad orbitam; Eam, quam dixi, sinceritatem Scriptura in Gabelo lummpere laudat, sed & enarrat, quod Tobias synagoram mutuo pecunie testem ab eo receperit: *Sine charybdis illi memoratum pondus argenti.* (Tob. 1.) An eiusmodi cautela etiam adhibuit Vidua nostra? Non adhibuit, sicut enim erat simplex & candidissimi animi femina, ita ab omni suspitione aliena neminem non suam decempeca metiebatur. Saltem vicinus, si vir est aliquis fidei, etiam non rogatus debuisset ignoranti proram obstrudere; debuisset utique! lateo, quia facere id distulavit, mihi suspensissimus est. Quid minus? erravit vidua, pessime filia, & filia rebus consulto, lopam ovium, & milium colambarum custodem constituit; vicinus ille aversissimus, & conscientia ac iustitie inimicus Evolio est; volo pro ignominiam illum Chrysanthum, & uxorem illius sceleris complicitem Chrysiam appellare, denominatione delatam ab auri fame.

5. Accipiter, rapacissimum volucrum genus, ut cervum, cuius carnes appetit, interficit, hoc alio utitur. Alismatum pro more maledictas intrinsecat fabulo, eaque dein cornibus surgentis cervi insidens continuo ejus oculis illidit: ita pavidum animal fabulo exacerat, in precipitia fertur, & colliditur. Accipiter est diabolus; ait Berchorius, l. 7. reduct. de nat. rer. c. 2. n. 25. qui cervum, id est ovium, tunc excaecat, quando atrox hominum temporalium in oculos cordis videt. Hoc alio diabolus Chrysanthum decept: vix intutus est depositi nummos, mox ita excaecat est, ut nec calum, nec infernum videre amplius; Audite enim, quid contigerit.

6. Filia sub Christianæ virtutis disciplina innoctissimè a Matre educata, annos nobiles attingit, & honestam matrimonii occasione nacta jam consentium dedit: contracta sunt sponsalia, decernitur nuptiarum dies; Igitur Mater viciniam convenit, grates illi pro collo-

ditis hucusque pecuniis rependit, eaque repetit. Quid Chrysanthos? miratur, ridet, aitque hoc non intelligere ignotum idioma. Bona femina vel mente, vel saltem domo aberrasti; ego tota vita te nec teruncium recepi. Domino replicabat Vidua, scitis utique hoc anno, hac die, hoc loco dotem filia vobis custodiendam tradidi. Est falsissimum. Et quidem praesente ac vidente uxore: ego nihil scio: vocatur uxor, venit, & quid illa? in furias instat viperæ exarsit, in pauperem viduam mille calumniis effundit, pugnos & colaphos minatur, ni quantum se abiperet: his verbis etiam Vir amolitor, abi, agebat, mendax bestia, & siquidem me tibi debitorem parcas, ad iudicis tribunal, per me licet, provoca, tibi mendacium te convincam.

7. O Bone Deus! quanta hæc miserandæ mulieris afflictio! vult, non vult, abire debet vacuis manibus, & pleno tristitia pectore. Prophetæ Jeremias quondam de anima desolata enuciavit: *Facta est quasi vidua: (Jerem. 1.)* verum de hac vidua dici potest, quod sit praeter desolata; si enim unquam, certe hic veritatem verba Oleasiri in Ecod. 35. n. 4. supra itera Jeremias pronuntiavit: *Omnes adversus viciniam consurgere solent, quia non habet, qui eam possit defendere.* Ex quorundam nunc miseris ad iudicium? sine documentis? sine testibus? sine scripturis? quid hoc esset aliud, quam a scytha incidere in charybdis? Pergit tamen, & coram Iudice plus lacrymis, quam voce perorat: O me miseram! ejulabat potius, quam loquebatur; pecunias Chrysanthos consignavi, ille negat, & ego probationibus destituit; plura dolor prohibuit. Iudex intima commiseratione tactus, jubet feminam boni esse animi, se sua facturum, causam necdum desperatam esse. Vocat Chrysanthum & Chrysiam, quærit, an pecuniarum depositum acceperat? illi effronter ac impudenter negant, ac perneant. O Chrysanthe, nisi ferreum cor sub præcordiis geras, cogita quid agas, quam irreparabile detrimentum & Matris, & filia tua injustitia irrogas? Mater ad mortem ultra affligitur, filia conjugii spe excidit; forsitan deinceps impudice vivet; forsitan in publicum totius viciniae scandalum cedit; forsitan complares animas in orcum præmittit, forsitan in desperationem finaliter incidet, & æternum peribit; in te recident tor scelerata, & animarum interitus. Verum quid verba perdo? videt hæc omnia Chrysanthos, quia vivo ut malitiam malitia cumulet, se iudici ad iuramentum purgandæ suæ innocentie offert. Accepit Iudex conditionem, & Chrysiam ac Chrysiam (Recedite Dilectissimi, ne fulmina de celo ruitura vos perimant; ) Chrysanthos & Chrysiam, inquam, imperturbata facie, & obstimato animo digitos versus caelum erigunt, jurant; pojerant: quod plus est, imprecatoria execratione seipos, & filios, & totam domum Atris oppugnant; affirmantes, se de pecuniis

adtritis nec obolum vidisse. Jam completa est malitia; audivimus hucusque historiam, deinceps videbimus tragediam.

8. Interim in mentem mihi veniant verba Apostoli, quæ huic narrationi pro themate præfixi: (1. Tim. 6.) *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide.* Quod cupiditas, seu avaritia fit omnium malorum radix, per se claret; quia ex illa dirutis cordis, furta, violentia, fraudes, proditores urbium & regnorum, fratrum & confanguineorum collisiones nascuntur, & nullum flagitium tam atrox est, quod pecunia evicini non potest. Ubi specialiter notandum, quod avaritia ad alia scelerata non te habet sicut Mater ad filios, aut sicut fundamentum ad ædificium, sed sicut radix ad racemos, quibus continuo nutrimento subministrat: illa his judicialis iniqua dudum fuisset composita, nisi nutritur ex avaritia advocatorum: illa impudens pellex dudum erubescere didicisset, nisi jusque sacra esse quaerit & pecuniarum ferax: illa vitula nunquam auferet internuncium agere, & litteras ac manuacula ferre & referre, nisi congruatis compenseatur: ille honestus Vir suspectam familiaritatem, & proventum conventicula in dono sua dudum abrogasset, nisi lucrum inde capefferet; ille enim & illa semper muneris quidquam afferunt. En quomodo venenosa hæc radix nutrimento alius criminibus subministrat. Sed quare addit Apollolus, *quam quidam appetentes erraverunt a fide* ista hæc est propriissima qualitas avaritiæ; alia vitia contrahuntur alitis virtutibus, uti humilitatis, castitatis, caritatis, aut alius, ideo sunt & dicuntur mala voluntatis: sed avaritia ipsam etiam intelletum oppugnat, & quidem extinguit. Quomodo? explicationem dat Devotissimus quidam contemplativus: (Segneri *Manna* an. 30. Mar. n. 3. *5*ides Christiana, quia docet inordinatum rerum temporalium amorem non posse conjungi cum bonis æternis, ideo omnium quantum advenatur vitis cupiditatum: quid agunt isti? ex una parte non possunt ferre acerbos conscientie remorsus, ex altera parte non valent avellere animum a terrenis usque adeo amatis, ideo sensum sibi persudant, non esse adeo certa, quæ de rebus alterius vitæ sparguntur. En quomodo avaritia ipsam fidem labefactat? Exemplum hujus rei, si nunquam alias, certe hic patheticum habemus in Chrysantho & Chrysiâ: sine in testem mendacem adducitur, tam enormem complexitatem malitiam, ut totum celum tristeret, & totus est infernus obfuscatur: quomodo forsitan in tantam malitiam? quia forte sibi persudaverunt, non esse in calis, qui rerum humanarum cura tangatur, vel si in calis sit, non esse tam sanctum, ut peccatum punire debeat, nec tam potentem, ut peccatum punire possit, nec tam omniscientem, ut peccatum suum videat. En avari ipsam Detritam in celis, primum fidei principium aggreduntur. Quod si opponatur ipsi, (Cor. a L. in *Christi*. 34.) perjuria in Rege Sedecia, in Agathocle, in Theodato,



voluptates Veneris & mortualem luctum haud procul ab invicem abesse.

4. Porfan nosse cupis, quoptex sit hoc peccatum? Et ego te rogo, ut quæres id ex me definias; ingenio & honestatis amanitimo fias dicitur, si his de spurcitiis in arcano confessionis iudicio colloqui cogatur. Interim scis ipse, posse peccari cogitatione, affectu, verbo & opere: item posse peccari secum ipso, posse peccari cum altera persona ejusdem aut diversi sexus: posse peccari cum soluta, ligata, confanguinea, aut sacra persona: posse denique peccari cum brutis, & sic unum peccatum esse alterio gravius. Vah! monstra infernalis, æterno silentio digna!

5. Quamquam autem foedissimum sit hoc scelus, tamen proh dolor! generali quadam universalitate pro totum orbem sese extendens omnem hominum statum, ætates ac conditiones coinquinat. Si Ecclesiam sub schemate mystici corporis considerare velimus, postquam cum Ista merito exclamare: *a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* (Isa. 1.) Quæ ergo ægritudine laborat? reponit Cardinalis Hugo: *hinc. Vitiata est concupiscentia carnis.* Lubet particularia hujus corporis membra ad examen vocare? Primo Reges ac principes, bello invitati, libidinis vigas manus dederunt: inter alios Darii Regis, cum quæstio agitur, quidnam sit fortissimum in mundo, respondit unus, (Esdr. 1.) *Fortis est vinum, alter, fortior est Rex et optime tertius, fortiores sunt mulieres;* probans enim suum assertum sic perrexit: credite mihi magnus est Rex in potestate sua; videbam tamen Apemem filium Bezais sedentem juxta Regem ad dexteram & auferentem diademam de capite ejus, imponentem sibi, & palmis cadebat Regem sinistra manu, & super hunc apertio ore intuebatur eam, & si assisteret, ridet: si indignata fuerit, blanditur, donec reconcilietur. O Viri, cur non fortiores sunt mulieres? Secundo hoc vitium dominatur militibus; nihil enim minus vitium castra quam casta; quis unquam fortior quam Samson, quis generosior, quam Joleph? & tamen primus a Daulis, alter a Judæis deceptus, victusque est. Quin imo hunc in finem narratur, (Machabæo. Tulo. factu. 2. 2. lect. 8.) famulum illum Heculeum post tota monstra domita, mulieris maleficio amore vitium esse, adeo, ut relinquens clavum suam, fortitudinis insuperabilis insignie, sederet inter ancillas cum colu ad singulam alligata filum trahens, & stupam ad nendam aptans quia illa sic præcipiebat, ejus amore devinctus, & devictus erat. Tertio dominatur hoc vitium divitibus; ubi enim divitia, ibi luxus, ubi luxus ibi luxuria: testatur Josephus Jud. 1. 7. c. 4. de Cleopatra Ægypti Regina; quod amaverit Antonium Imperatorem non solum ob carnis voluptatem, sed etiam ob pecuniæ dona, hinc illum stimulabat, ut regionum rapinas faceret, & rapta sibi donaret. Quarto dominatur hoc vitium etiam pauperibus: præsertim itis qui toto anno

otiose circumvagantur & mendicant, putant enim paupertatis titulo sibi licitum esse, sine omni honestatis lege, sine reverentia & pudore, instar canum & suum conversari. Movit aliquando ejusmodi Matrem, ut liberis utraqueque sexus jam satis adultos noctu separaret, & non aliud responsum retuli, quam istud: Domine, mei liberi sunt pauperuli, non habent aliud gaudium præter istud! O maledicta lingua! sic gaudet infernus, sic perverit anima, sic pudenda flagitia multiplicat! Quinto dominatur hoc vitium juvenibus, quorum atas ex seipsa in venerem proclivis & lubrica est; exempla habemus in Principe Sichem, qui Dinam Jacobi filiam: in Amnone, qui sororem suam Thamar: in Absalone, qui concubinas Patris sui turpissime fodavit: Quin imo tam impudens est hodie prociandi libertas, ut nostri juvenes, necdum puberes sese effronter confocient, in choreis & popais pares compareant, disantque: hæc mea est, iste meus; quo sub titulo desunt ejusdem familiaritate contantur, & peccata perperam, quibus maledictio Divina libertim a calo exorat, ut præteritis Væ Patribus famulo, qui quibus, moti confortia, & pudendam converendi libertatem dissimulantibus oculis intueatur! Sexto dominatur hoc vitium etiam senibus; licet enim effata ætas terminum libidinis ponere videatur, sunt tamen, qui vitio huic ab adolescentia dediti illud in sepulchrum usque trahunt: hæc de causa fluxerunt antiqui in emblematicis, Mortem & Cupidinem quondam in eodem hospitio divertisse, utrumque phœtra & telis ornatum. Cum autem altera die discederent, inopinatio phœtras & tela commistisse; hinc postea factum esse, ut cum uterque suam jaculandi munus exerceret, Cupido jacula dirigens contra juvenes, eos necavit, & traxerit. Mors autem contra senes sua tela emittens, eos ad amorem incendit. Septimo dominatur hoc vitium maxime mulieribus, cum enim sint levis ex natura mollior, sunt etiam flexus ad luxuriam pronior. Plena sunt historici infanti hoc fecerunt scelerare, & tragicis casibus exinde factis: unam asserere libet. (Gargisus l. 4. de Rebo Gallo.) Cum Gaganus Agamur Rex Forum Julii obfederet, opposuit se Romilla olim uxor Agilulphi Regis, qui eodem hoc bello perierat. Mulier hæc, ut erat ubi libidinis fervens, ita Gaganum specie insignem & muris conspicens, urbem ei obtulit, si leuorem ducere vellet. Consensit sine mora barbarus, urbem occupat, & dein Romillam contra juris jurandi fidem erecto palo transfigi jubet, dicens: Tali honore digna est femina patris sui proditrix: Octavo dominatur hoc vitium etiam conjugii vinculo ligatis; conjugium institutum est in remedium luxurie, nunc autem conjugatae sunt impudentiores (solatis: olim apud Thæces (Vulber. art. disc. font. 3. 4. ex. 3.) novæ nupta lubilissimum ferro candente in fronte notabatur: nunc multo magis ejusmodi caratere opus est, ut

sciretur hanc & illam non esse generis communis. Non dominatur hoc vitium etiam is, qui ex officio spiritui & animarum lucro deservire tenentur! Ah! taceo præ dolore, & dico quid miram? quia Decimo hoc vitium etiam dominatur illis, qui per diuturnam castitatem, mortificationem, & sui abnegationem Deo servierunt. Nolo hic memoriam referre Jacobipœnitentis, Victorini, Guarini, Macarii, & aliorum, quorum aliqui lapsi sunt irreparabiliter, alii Divina luce & opere resurrexerunt. Solum meminisse mihi liceat illius Anachoretæ, qui senex solitarius, cum in ægritudinem incidisset, veritus, ne fratres sibi inservientes ulterius gravaret, ne Ægyptum recedere decrevit. (Spiritu. Exempla. V. Amor. illicit. Ex. 6.) Ne facias id, dixit illi Abbas Moyses, cum enim in Ægypto sint homines valde voluptuosi, metuo, ne in lascivia peccatum incidas. Senex hoc responso se offensum arbitratus opposuit, se jam esse munda de mortuum, nec habere periculum. Sic abiit! Ubi in Ægyptum venit, homines circumquaque habitantes ad eum inviserit, & inter alios etiam honestissima Virgo venire, rogareque, ut sibi liceret, in infirmitate illi famulari. Acceptavit senex obsequium, sed grandi suo infortunio, nam convalescens virgine impie seduxit. Interrogata illa, a quo conceptisset, respondit: sed ab illo senex. Nec distulit hinc crimen, sed rogabat, ut infantis cura haberetur. Postea miser senex abluo secum infante rediit ad fratres, & in Ecclesia coram multitudine populi publice poenitentia edixit: *Videte hunc infantem, est filius mei inobediens!* (Ribadon. 26. Mail. Sarrina 20. Jan.) Ergone pudendum lascivie crimen totum orbem inficit? Ita omnino est! S. Philippus Nerius, S. Euthymius, & alii sancti incantos homines ex hircino quodam odore discernebant, putæ si modo viverent, quod præ luxore emori deberent.

6. Ex dictis quasi occasionaliter potes desumere, quæ de causa a Sanctis Patribus & Theologis, qui hæc ex parte stupendum proflus rigoris tenent, plurima fidelium pars atrociter natura creatur, & Christifidus Hom. 14. in acta Apost. in populossima urbe Constantinopolitana verba faciens non veritus est dicere, non fore centum, qui silventur, cum tamen tunc temporis post Romam, Mundi synopsis non alia extiterit urbs, quam hæc orientis metropolis, quæ plures numerat incolas, eosque non paganos, non hereticos, non infideles, sed solum Christiano-Catholicos. Chrysofomus confitetur S. Hieronymus ap. Euseb. ad Dam. aucter pronuntians: *Vix de centum millibus, quorum mala sunt semper citra, metetur a Deo indulgentiam habere unum.* Rationem suæ doctrinæ allegat hi sancti Patres analogiam Aræ Noemeticæ & populi Israel in patriam redeuntis cum Ecclesia dicunt in arca Noe tantum octo animas diluvio fuisse ereptas, dicunt ex Israelitis, quorum numerus ad duodecenas centena millia exercebatur, tantum quos in terra promissa appulisse: igitur pronum

esse credere, etiam ex inmensa fidelium multitudine paucissimos salvatum iri, atque hoc ipsum Dei Filium voluisse infamare verbis illis, quibus asseveravit (Luc. 13.) cali portam nimis angustam esse, contentionem maximam posse, ut intretur, multos quæsituros esse intrare, & non admittendos, & quæ sunt similia. Cum opinione Sanctorum Patrum concordat etiam historia: Quidam viri eremicolæ (Sperans. script. sicut. 142.) inter innumerabiles animas coram Divino tribunali judicatas, solum tres salvati vident. Inter triginta millia, qui cum S. Bernardo diem obierunt, tantum duo salvati, ceteri omnes æternum damnati sunt. Taceo plures id genus historias, & repeto allatum quæstionem, quæ causâ tam universalis interitus? quæ prædatrix bellua obfideat cali tramitem, & animas ad beatam patriam ambulantes devorat? Nimirum Dilectissimi, hæc vorax bellua non aliud magis vitium est, quam de quo loquimur: S. Vincentius conc. de S. Hildeph. mecum sentit dixerit & quasi decretorie pronuntians: *Domyris parvulis, ex adultis pauci propter hoc vitium salvantur.* Conformiter ad mentem piissimi cujusdam Actæ, (Sueyus. in domit. castimon.) eandem sententiam docentis: si centeni juvenes orco addicantur, & centenis illis nonaginta novem damnati ob vitium carnis: & si universam dimittatur massam in quatuor partes dividi contingat, tres partes ob idem hoc carnis vitium æternis ignibus ardere. Quis non exhorreat? quis non hoc vitium viribus omnibus fugiat, & averteat?

7. Neque putes, hoc vitium eo ipso quod quasi universale sit, ideo minus fœdum esse: non est ita; tam obnoxium est, ut etiam eadæmones, qui nobilitatis suæ naturæ non sunt oblii, illud nascunt & obmouentur; ideo, quæ mens est S. Thomæ, l. 5. de erudit. Princ. c. 11. Christus in deserto non fuit tentatus peccato carnis, quia S. Athanas, qui cum tentavit, erat ipse Lucifer, omnium primus, quem sua superbia ad tantam vilitatem reduxit; haud aliter fere ac præsumptum latronem, qui in fœdum latrocinii mandati numerum, itralorum latronum turba necum quam auctoritatem observat, nec ad quævis, sed ad nobilem tantum expeffendam prædam prodit. Verum quidem est, quod infernalis spiritus in periculofo hominibus immunditia occupatur, sed tamen illi non nisi ignobiliores, omnium vilissimi, & quifit abalarit sunt. Quin imo etiam illi non possunt sine horrore & nausea propudiosis hinc suggestionibus se impendere: femina quædam, cum in occulto cor & corpus suum immundissimo scelere commaculare vellet, in ambigua luce cacodemone in suo cubili viderit, qui cum impuritate stomachatus cum multa exprobratione exclamavit: *Vah! pui! ac femianimem cum timore ac tremore reliquit, prout iplam deum Canipratano l. 2. apam c. 39. enarravit. Eandem in sententiam refer Robertus Holcot in sap. lect. 20. de quodam Necromantico, quod cum dæmone vocasset, videreque eum post iteratas incantationes non*



comparare, de demonis perfida graviter fuerit conquisitus; cumque demon tandem comparuisset, ita tamen, ut procul ab eo remotus subsisteret, Necromanticam causam moræ, nec non, cur non propinquius accederet, sciscitatus fuit, cui demon respondit: Fœtor luxuriantur non permittit me accedere. Quartis fortasse, si demones adeo nausent & adversentur fedicitas luxuria, quomodo ergo hominem ad illam tentant, & pellicunt? Respondeo, tentant, & pellicunt ad morem venatorum, qui panthera insidiantur: referunt de panthera rem quidem non nego, auditu fordidam, sed hoc ipso ad argumentum nostrum magis appositum, nempe, quod trucidata hæc bestia tanta cupiditate hominis excrementa expetat, ut cum hæc loco alio suspensa sunt, quod odoratu quidem, non autem pedibus pertingere valeat, ita se hæcet, ita se in alium vibret salibus vere lethiferis, ut ex nimia spirituum vitalium profusione demum concidat, & moriatur. *Evocat se defatigati projecti corporis*, ait Plinius l. 8. c. 17. Jam sicut venatores, quia appetitum huius bestie norant, a sparciis tam fœdis quidem abhorrent, simul tamen eas amant, tanquam venationis suæ peraccommodas; ita excedentes, quos in libidinis voluptatum cupiditates observant, eos quidem tanquam infra rationalis naturæ dignitatem postros detestantur, & simul amant, tanquam idoneas, quibus animas deprædentur. (*S. Thom. 2. 2. q. 63. a. 2. ad 1.*)

8. Lubet nunc altius asurgere, & sic argumentari: si luxurie vitium vel ipsi demonibus horri et, quamvis sint spiritus infelicissimi, ac peccati immunditie conquinati, heu quanto horri et execrationi erit purissimo ac sanctissimo Deo? nulla est eloquentia, quæ id possit exprimere. Notatu tamen dignissimum est, quod Incarnatus Mundi Redemptor in Apostolorum Collegio varia peccata patienter dissimularit: Jacobus & Joannes incidere in ambitionem, (*Matth. 20.*) quia Matrem laborarant, ut primarius in regno Christi sedes pro se sollicitaret. Judas fuit avaritia deditus, (*Matth. 26.*) & ideo Divinum Magistrum suum Pharisæis & licitoribus pro pecunia expulit venalem. Petrus contra fidem iactabunde dantem (*Luc. 22.*) amantissimum Dominum in atrio Gaiþæ ter per se negavit. Thomas mysterium resurrectionis, discipulis asserentibus se Dominum vidisse, nolens credere, (*Joann. 20.*) in ostenditana incredulitate persistit. Admiranda incredulitas ista, omnia Dei Filii, nunquam tamen permisit, ut unus suorum de luxuria accusaretur, aut redderetur suspectus. Et quare non? quia hoc vitium præ exteris omnibus fœdum & abominabile est; id quod Deus ex implacabili odio, & penis contra luxuriosos fulminatis nunquam non manifeste declaravit. Non sicut post Deicidium gravibus peccatum, quam blasphemiam; quia diabolica prorsus temeritate in Deum ipsum involat; & tamen mittis illud puniri, quam luxuriam con-

stat ex scriptura: (*3. Paralip. 32.*) Sennacherib impius Rex Assyriorum obfidens urbem Hierosolymitanam decemans blasphemias allatrabat Deum, inguens, illum non adeo esse potentem ut possit obfidem civitatem et manibus suis liberare: & ecce! in illa nocte venit de celo Angelus, qui in castris Assyriorum centum octoginta quique armatorum millia trucidavit. Nota, ad puniendum blasphemum exercitum de caelis mitti unicum Angelum, & jam converte oculos in librum Genesim; cum Dominus Deus pulendam Sodomorum luxuriam ferre non amplius posset, misit duos Angelos, qui celestem urbem flammis excinderent, & pium Patriarcham Loth prius ab excidio educerent. *Proterunt duo Angeli, & dixerunt ad Lot, Abhorrui locum istum: (Genes. 19.)* Nota ad pulentos impuros mittuntur duo Angeli, ad blasphemos tantum unicus, non alium certe in sinem, nisi ut Deus immentum odium, quo adversus obsecram impudicitiæ crimen, præ aliis flagrat, & suscitetur ac efficaciter manifestetur.

9. *Epilogus.* Tu igitur, mi Christiane, pestem hæc execrabilem cane pejus & angue declina, ac semper cogita, non posse te gratius obsequium prestare Deo, quam si in immundo mundo, qui totus hoc vitio fœdatus est, mundus vivas. Potius in horto tuo flores omnes acri prima deoctos esse: unum tamen lilium integerrimum venulente erectum, ac illibatam stare: nonne hoc lilium præ cæteris omnibus amas & estimas? utique! Parem in modum Dominus Deus unam innocentem animam luxuria præiunquam adultam plus millenis aliis, uti ponentibus, diligit. Vis aliam similitudinem? audi quid Gumpenbergius in suo Atlante Martiano de Imag. B. V. Libelsic in Bohem. commemorat. Cum Hæretici ignem admovent in Canobio Aulæ Regiæ Præ in Bohemia, ut cum in templo in cineres redactum est, & totum templum reperiret, præter unam ædem, & imaginem beatissimæ, quam ne fumus quidem inter medios ignis libaret, Medæ exorto ædium incendio, cum quidquid supellectilis in domo fuit, vel ruina distractam, vel igne consumptam fuisset, sola imago B. V. Rhadiensis integerrimæ & illæsa permansit. Invalente hæretic in Gallia, impij fidei hostes Bononiæ inter cetera in ignem coniecerant sacram Deiparæ imaginem ab Angelis illuc navi allatam, que tamen comburi nunquam potuit, elemento reverentiam compensante, quam homines negabant. Idem contigit pluribus aliis locis. Non est autem explicata facile, quantum fidelium pietas hæc imagines prodigiose illas venerari & estimare soleat. Et putas Dominum Deum non estimaturum animas, que in universali fere mundi incendio ab igne libidinis incorruptæ permanserunt? Erras, si ita putas. Divinus Judex, Virginius Filius & virginium Iponas in illa die castas animas coram toto mundo gloriosè evocavit, summas coram toto mundo gloriosè evocavit, summas toleravit? Respondent communiter sancti Patres, toleravit propter luxuriam! hoc nefan-

te castimonie quasi pro aris & focis decerta, venient quidem turpis Afmodanus, & per varios tentationum arctos domum cordis tui intrare laborabit. Sed tu fla, dimica, repagna fortiter, certus, quod pertinacissimus hostis difficiliter ejiciatur, quam non admittatur.

Feria V. post Domin. III. Quadrag.

CONCEPTUS LXXXIV.

*Christus crudelissime flagellatus indicat nobis penas contra luxuriam statutas.*

Post concupiscentias tuas non eas—si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Ecl. 18.*

*Christus crudelissime flagellatus propter nostram luxuriam dat occasionem dampnandi hoc vitium in Nobili Polono imparissimam vitam agente, & dimittit a demonibus strangulato.*

1. **M**alefici quantumvis atroces olim apud Romanos ad publicam flagellationem damant non ultra quadraginta virgarum verberibus cædi jubebantur, eratque ea lex tam rigorosa, ut licet, qui hunc numerum excedere fuerit deprehensus, ab officio deponi & in exilium relegari sit solitus. Bene est; ergo spero, quod innocens Jesus, quem Judex Pilatus non ad multandum aliquam culpam, sed ad compescendum populi rabiem flagellis addidit, ne hoc quidem verberum numero sit excipiendus! Verum o potentia tyrannidem flagellatio Christi, juxta descriptionem S. Hieronymi apud S. Vincent. ferm. un. in Paræf. erat spectaculum insensibilissime crudelitatis! sex lætissimi milites, quorum primum parsipiens virgibus, alterum loris nodosis, tertium uncatis catenis erit armatum, sine modo, sine limite, sine mensura, sine omni humanitatis sensu in terrimum Divini Filii corpus adeo totis viribus vibrabant, ut ruptis arteriis defluens sanguis in ingentem lacum circum circa flagrantem excreverit: primis defensis succedebant secundi, novis vulneribus vetera cumulantes, quos mox tertii sublequebantur, qui uncinis pellem ac sacratissimum carnem ulque ad costas avelebant, ut verificaretur illud Propheta: (*Psalm. 21.*) *Di immittat corpus vestrum ossa mea.* Beatissima Christi Mater præcæcis adhibitis spectaculo, ad primum idem præ horrore magnitudine animi imposibile lapsa, que dein Divæ Birgitæ de hac flagellatione in revelationibus c. 10. l. 1. & l. 4. c. 70. collocata aëbat: Vidi corpus ejus verberatum & flagellatum ulque ad costas, & quod amarum erat, cum retraheretur flagella, carnes ipsius infixis aculeis subleabantur. Deum immortalem! quis, nisi fæx sit, rabidum canem tam crudeliter excarnificatum posset sine lacrymis intueri? Sed quæro: cum Dominus Jesus mundi delicta per passionem suam expianda susceperit, cujus delicti causa flagellationem toleravit? Respondent communiter sancti Patres, toleravit propter luxuriam! hoc nefan-

dum illud scelus est, quod mitissimo Domino sex verberum millia, sexcenta & sexaginta seximisericorditer inflixit. Quid mirum igitur, quod illud Dominus Deus præ cæteris fere peccatis odio habeat, ac gravissime puniat? Propter scelus luxuria mundus panitus est diluvio, (*Sancæ Regn. Deip. 5. c. 8.*) Sodomæ & Gomorrhæ caelestis igne exusta, urbs Sicheim devastata, David a rebellii filio exagitatus, marci Saræ ab Afmodæo strangulati, Judices Sufanæ infidantes lapidati, Salomon omni honore privatus, populus Israel plebis plangit confectus, Ruben a patre maledictus, Ovan repentina morte percutus, alii alii peni isobruunt. Sic Deus hodiecum solet luxuriosos, præsertim incorrigibiles, a demonibus flagellandos tradit.

2. *Proposito.* Dubitatis? Ergo consilite P. Ortonellium, (*P. Ortonell. Mem. tæ. num. 9. all.*) alioque auctores, & illi historiam, que necdum ante centenos annos, id est millefimo sexcentesimo quadragesimo secundo in regno Polonia contigit, produs terribilium robis enarrabant. Tu interim mi Christiane, dum talia audis, decerne, non esse Christi flagellati vulneribus gratias emplatrum, quam amorem ac cultum virginis castitatis.

3. *Confirmatio.* Juvenis Polonus, Nobilium, divitumque parentum filius postquam Bransperge in Prussia studiosum curriculum summa cum commendatione absolvit, rediit in patriam, id est, Cracoviam, ibique in aula Regiæ Ipendia fecit. Gratulatur aulæ, quod hominem optime moratum recipiat, sed & metuo, ne illum pessime corruptum: in aulis vitiis est domesticum, virtus peregrina, qui fraudulentiis, opprobriis, simulationibus, astutiis, aliisque vitiis praveat, plus carere sapere ad regulas aulicissimi consuetur; ideo prudentissimus Seneca valedixit aulæ: Neronis, & ad vitam solitariam rediit: quastus, curid faceret, posuist: abeo, quia in aula calum intueri non possunt: Evertito metus, quem animo concepi, non est inanis; Juvenis aulicus, (*Speranza de pass. Domini p. 9.*) quem derivatione a muliere armulo delampta Mulionum vocare licet, exultissimorum motibus adeo ad vitam deflexit, ut factus sit lusorium, gastrimargorum, blasphemorum, & discolorum fere omnium corporibus: præsertim obsecans carnis voluptatibus insensibilis æstu inhiabat, ita, ut virginis etiam innocentes, precibus, pretio & promissis depravatas, magno in numero in viam perverstitatis abducerit, & diabolo confignari.

4. Exhoretico hæc referens! nullum eam peccatorem quo inferno esse proximorem, quem qui innocenter animam perverit; Jura decernunt, quod homicida occidens parentem orphanis filiis & vidua tantum sustentationem præstare debeat, quantum illam ab occhio expectare poterat: Parentem in modum, qui animam perverit, teneret Deorum lucrum cessans, quam damnam emergens compensare: lucrum cessans sunt coelestia desideria, preces, jejunia, mortificationes, confessiones, communionis, alique pia opera, que anima illa, si in